



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

2. De vocatione Apostoloru[m] generatim

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

zoniti sincerè ei gratias egerint ? tam potentem , amabilem , & liberalem dominum suspicerint , quam ardenter amarint , quam ægrè se ab eo diuelli perimiserint ? Q quanto interim Christus ipse gaudio exultarit , in his præuidens tam multos sinceros seruos olim per se suosque vicarios non solum verbo veritatis pascendos , sed pane vita saginandos , à quibus totis præcordiorum affectibus esset amandus & glorificandus ! Gratitudo , amor , zelus gloriæ Dei .

De vocatione Apostolorum generatim. II.

I. **E**xpende , quis , quos , & quales , unde , & quod , seu ad quid vocarit : videlicet , quo pacto Filius Dei , Dominus vniuersorum , in cuius ditione cuncta sunt posita , qui nouit corda omnium filiorum hominum , elegerit homines adeò rudes , simplices & abiectos , quoad dona naturæ , gratiæ , fortunæ , ex miserabili ærumnosæ vite conditione ad statum tam sublimem Apostolicæ dignitatis .

Quam mira illa dignatio Saluatoris , pescatores , telonarios , coram modo despectos , in testes suorum operum

rum & doctrinæ, in cooperatores i-
litis animarum, in columnas Ecclesiæ
in assessores suos in iudicio, & con-
regnantes proceres in cœlo assumen-
tis! Gratitudo, amor, zelus cooperan-
di gratiæ vocationis Apostolicæ.

II. Cur, & quomodo vocati sint, &
quo fructu. Ex gratuita nimis misericordia & benignitate Dei, ut eo
essent humiliores, gratiiores, feruēto-
res, quod se tanta gratiarum prærogati-
va agnoscerent indigniores. Quam
suauiter porrò, efficaciter & mirabili-
ter vocati, illuminati tracti singuli, ut
vnum verbulum Christi vocantis
apud eos longè præualeret omnibus
catenis, mundi, carnis, dæmonis retrahen-
tis? Quanta demum ijs vi huic
vocationis concessa præminentia
gratiæ in terris, gloriæ in cœlis præ
omnibus veteris testamenti Patribus,
portantibus pondus diei & æstus, qui
id coram intueri & contrectare me-
ruerunt, quod illi per fidem à longe
aspexerunt? Affectus ijdem.

III. Quanta inde eluceat diuina poté-
tia & lapiētia, quod qua stulta sunt mudi
elegit Deus, ut confundat sapientes: Et infi-
ma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.
Et ignobilia mudi, Et contemptibilia elegi-
Deum,

2. Cor. I.

Deus, & ea, qua non sunt, ut ea, que sunt,
destrueret, ut non gloriatur omnis caro in
conspicu eius ne videlicet mundi con-
uersio vlo modo humanæ potentiae
& sapientiae, sed diuinæ ascriberetur.
Quanta insuper sit illa Filij Dei digna-
tio, humilitas & benignitas, tam pau-
peres, & abiectos in suos astellas &
principes Ecclesiarum ex gratuito a-
more assumentis. Admiratio, amor,
zelus gloriarum Christi, cuiusque humili-
tatem imitandi.

De vocatione Petri & Andreae, Iacobi
& Ioannis ad perpetuam Christi
sequelam. Matth. 4.

III.

I. **A**mbulans Iesus iuxta mare Galileæ,
vidit duos fratres, Simonem & An-
dreas fratrem eius, mittentes rete in ma-
re, & ait illis: Venite post me, & faciam uos
fieri pescatores hominum. Quos ab æter-
no vidit, & elegit inter eos, de quibus
prædixerat per Ieremiam: Ecce ego
mittam pescatores multos. & pescabuntur
eos, hos iam ante in sui cognitionem,
amoremque pertractos è mari písca-
tioni intentos nunc ad perpetuam sui
sequelam inuitat; quam suauiter &
efficaciter, in hunc finem, ut suæ abie-

ter. 16.

Ii 2 ctæ